

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Reliquit autē cōmentaria ad triginta uersuum millia: Ex eis quādam Arcesilao non defunt qui applicent: Fertur cū interrogatus esset cuius rei gratia ita se polemoni addixisset: respondisse: quia illū nunq̄ neq; acutius neq; grauius audisset loquentē. Is cū infirmatus esset in asclepianū secessit: ibiq; deābulbaat: continuo ad eū illuc undiq; confluxere discipuli existimantes illū non morbi causa: sed q̄ ibi scholā uellet instuere eo concessisse: Aderat tum illic & Arcesilaus uolēs ab illo se ad polemonē conferre quanq̄ amatore suo: sicuti cū ad Arcesilaū uenerimus dicemus: qua ex re non solū nihil succensuit: sed ipse quoq; cū sanus factus esset se ad audiendum polemonē contulit: atq; inde multū illi & gloriæ & laudis accessit. Fertur & substantiā arcesilao reliquisse talentorū duodecim: Et cum ab eo rogaretur ubi nam sepeliri uellet: dixisse terræ in caris uisceribus abscondi placet. poemata quoq; scripsisse dicitur: eaq; signata a nullo in Mineruæ fano ī patrio solo condidisse. theætetus quoq; poetæ illum laudans & uiris & musis fuisse in primis gratum canit: atq; sub ipsam senectutem cum defecisset: humo conditum: illic tranquillo æuo frui.

Tarda senecta tulit haud ultra uiuere crantor.

Complacuit musis complacuitq; uiris.

Exanimem sed terra uirum tu suscipe sacrum.

Sit placidusq; illic ut quoque uiuus erat.

Admirabatur Crantor præ cæteris Homerū & Euripidē dicens: operosum esse & idultrix plenum proprietate seruata tragice Simul & misericorditer scribere proferebatq; uersiculum ex Bellorophonte. Hei mihi quid ita mortales passisumus. Antagoram quoq; poetam ferūt ut Crantoris ferri huiusmodi: Crantoris item in laudem uersus referri in Antagoram fama.

O mihi mens esset: celebrem quæ luserat oli m

Progeniem diuum: canerem nam carmine curas

Nunc æternorum: natos quot in æquore lati.

Oceani regina erebi. nox edidit alto:

Cypridis & terra genitos: sortemq; malignam

Ventorum. sed deinde uirum bona: duplicis atq;

Nostra tuum canerent naturæ carmina corpus.

Erat autem & nominibus fingendis acer. Tragœdum deniq; dixit infractam habere uocem: & cortice plenam: & Theophrasti quæstiones ostreis conscriptas esse. laudatur eius maxime liber quem de luctu edidit. Obiit ante polemonē & Cratē æquæ intercutis morbo: Est & nostrum epigrāma in hanc sententiam.

Inundauit & te crantor pessimus morbus:

Et sic descendisti in magnum plutonis abyssum.

Et tu qui illic nunc gaudes:

Sermonum uidua stetit tuorum autem

Academia & soli patria tua.